

A[te]. Roma.¹ que servivit an|nus XVI coniugi caro. In que arca si | quis cum suis [et]² Altenam Romanam | dederit corpus, de[t]³ heclesiae paenam | auri pondo duo. Depositum in die | VII idus Iunias.

Vranjicae prope Salonas (III 6599 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Nomen uxoris, Altena Romana ut videtur.* — 2) *te, 3) de lapis. Dicere voluit: si quis cum corpore ipsius et Altenae Romanae corpore aliud corpus intulerit.*

1961 d. m. | Val. Felix princeps offi|ci presidis¹ vixit an. XLV, | Aurel. Aemilia bene meri|to compari virginio posuit. | Vale viator. | Οὐαλ. Φῆλιξ κρίνειψ ὀφρηλιου | ἡγεμόνος, ζήσας ἔτη με, | Ἀύρελ. Ἐμιλία τῶ ἀειμνήστῳ | ἀνδρὶ παρθενικῶ τὴν στήλην ἀν[έ]θηκεν. Χαῖρε παροδεῖτα.

Tomis rep. (III S. 7549 partem vidit Domaszewski). — 1) *Scilicet provinciae Scythiae in qua fuerunt Tomi.*

1962 Saturninus centen|ar. ex off. praef. Illir. | Dac. rip.¹, amici hore² sep|ultus.

Concordiae rep. (V 8771 vidit Mommsen). — 1) *Videtur Saturninus sub praefecto Illyrici ita militavisse, ut Daciae ripensis administrationem potissimum tractaret (Mo. C. V. p. 1060).* — 2) *Expectaveris cura aut opera (Mo.).*

1963 hic positus est Maximus qui | vixit annus p. m.¹ LXX, prae-positus | de via Flabina² (sic). | Loc. Filicessimes (sic).

Romae rep. ad viam Flaminiam in coemeterio veterum christianorum, litteris saeculi IV exeuntis vel V ineuntis (de Rossi bull. com. 1888 p. 253, 257). In altera parte eiusdem lapidis legitur titulus multo antiquior N. Fresidi Sabbionis. — 1) *Plus minus.* — 2) *Hunc praepositum de via Flaminia Rossius putat esse ex praepositis cursus publicis memoratis in codice Theodosiano (6, 29, 9. 8, 3, 55).*

1964 Barnaens | de familia | public. reg. VIII.¹

Romae (VI 2542 viderunt Pighius et Smetius). — 1) *De familia publica regionis octavae (cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 528).*

1965 (vir togatus cum muliere et puero) dis manibus | Graniae Faustinae, | fecit Papi.¹ ser. | publicus sibi et | contubernali suae | carissimae | bene merenti de se, | posterisque | aeorum.

Romae (VI 2565). — 1) *Papias.* — *Nota servum publicum toga vestitum; cf. Mo. Staatsr. I³ p. 524.*

1966 Cerdo | Aemilianus¹ | publicus cens.²

Romae rep. ad viam Appiam (VI 2555 vidit Henzen). — 1) *Idem memoratur VI 2510.* — 2) *Significatur idem munus quod infra N. 1967.*

1967 Bonus eventus. — | Have Victor Fabiane! — Di vos | bene faciant, amici, et vos, viatores, | habeatis deos propitios! qui Victorem | publicum Fabianum a censibus p. R.¹ non | praeteritis. Salvi eatis, salvi redeatis, et | vos qui me coronatis vel flores | iactatis, multis annis faciatis. — | Victor Fabianus fecit sibi et | Asinae C. f. Sabinae uxori et | C. Asinio Valeriano et | parentibus eius C. Asinio Val|leriano et Attiae Sabinae | et libert. libertabusque | posterisque eorum. | H. m. d. m. a.